Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



TRO

uisceris uerborum que oculi tui uidерunt et ne excidant de corde tuo cū
ctis diebus uite tue. Docebis ea filios ac
nepotes tuos. diem in quo stetisti coā
domino deo tuo in oreb. quando dixit
locutus est mihi dicens. Congrega
ad me plm̃ tuum ut audiat sermo
nes meos. ⁊ discat timere me omni
bus quo uiuit in terra doceatq; filios
suos. Et accessistis ad radices mon
tis qui ardebat usq; ad celum. erant
q; in eo tenebre nubes. ⁊ caligo. Locu
tusq; est dominus ad uos de medio
ignis. Vocem uerborum eius audi
stis ⁊ formam penitus non uidistis.
Et ostendit uobis pactum suum.
qd̃ precepit ut faceretis. ⁊. x. uerba
que scripsit in duab; tabulis lapi
deis. Quibusq; mandauit in illo tpe
ut doceretis uos ceremonias et iudi
cia que facere deberetis in terra qm̃
possessuri estis. Custodite igitur sol
licite animas uras. non uidistis ali
quam similitudinem in die qua locu
tus est uobis dominus in oreb de me
dio ignis ne forte decepti faciatis uob
sculptam similitudinem aut ymag
inem masculi uel femine similitu
dinem omnium iumentorum q̃ s
sup terram uel auium sub celo uo
lantium atq; reptilium que mouē
tur in terra siue pisciū qui sub ter
ra morantur in aquis. ne forte oculis
eleuatis ad celum uideas solem et
lunam ⁊ omnia astra celi. et errore
deceptus adores ea ⁊ colas que crea
uit dominus ds̃ tuus in ministeriū
cunctis gentib; que sub celo sunt.
Vos autē tulit dominus ds̃ et
eduxit de fornace ferrea egypti. ut
hēat plm̃ hereditarium sicut est ī
p̃senti die. Iratusq; est dominus con
tra me. pter sermones uros. ⁊ iurauit
ut non transirem iordanem. nec ingre
derer terram optimam quam daturus
est uobis. Ecce morior in hac humo nō
transibo iordanem. uos transibitis et
possidebitis terram egregiam. Caue
ne quando obliuiscaris pacti domini ds̃
tui qd̃ pepigit tecum. et facias ē sculp
tam similitudinem eorum que fieri ds̃
phibuit. quia dominus deus tuus ig
nis consumens est deus emulator. Si
genueritis filios ac nepotes ⁊ moati
fueritis in terra deceptiq; feceritis uobis
aliquam similitudinem patrantes
malum coram domino ds̃ uro. ut eū
adiratum iniam. puocetis. testes in uo
co hodie celum ⁊ terram cito peribis
uos cē de terra quam transito iorda
ne possessuri estis. Non habitabitis
in ea longo tpe. s; delebit dominus
uos atq; dispget in omnes gentes. et
remanebitis pauci in nationib; ad
quas uos ducetur ds̃ dominus. ibiq;
seruietis dis qui hominum manib;
fabricati sunt ligno ⁊ lapidi qui non
uident. non audiunt. non comedunt.
non odorant. Cumq; quesieris ibi
dominum dm̃ tuum. inuenies eum.
si tamen toto corde quesieris ⁊ tota ī
bulatione anime tue. Postquam re
ueneritis omnia mala que predicā
tur in nouissimo tpe. reuertemini ad do
minum dm̃ tuum et audies uocem
eius quia ds̃ misericors dominus
ds̃ tuus est. Non dimittet te nec om
nino delebit. neq; obliuiscetur pacti
in quo iurauit patrib; tuis. Interro
ga de diebus antiquis qui fuerunt ante
te ex die quo creauit ds̃ hominem
sup terram a summo celi usq; ad

a rabi